



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tyrocinium Theologicum**

**Francolini, Baldassare**

**Herbipoli, 1710**

4. Locus, Ponticum definitiones. Hic multa circa Pontifices.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39295**

magis, si decisionem suam mittant ad Suimum Pontificem, & ab eo confirmetur; quomodo factum esse in Conciliis Milevitano, & Carthaginensi, constat ex S. Aug. epist. 90. 91. & 92.

Quamvis autem Concilia particula-  
ria sint ex se fallibilia, adhuc tamen fa-  
ciunt argumentum adeò probabile,  
ut temerarium sit ei non acquiescere,  
si præsertim ex illis sint, quæ videntur  
ipso usu Ecclesiæ quodammodo proba-  
ta, ut Toletana, Bracharensia, Arela-  
tensia, Hispalensia, &c. Igitur ex his  
quoque validum argumentum petet  
Theologus quamvis non ita validum,  
ut ex Conciliis Oecumenicis.

*Quartus Locus Theologicus, Romanorum  
Pontificum definitiones.*

53. **Q**uartum caput diximus esse  
Summorum Pontificum de-  
finitiones. Ut autem horum autho-  
ritatem rectè aestimes, moneo prīmò:  
Petrum inter Apostolos jure Divino  
fuisse post Christi in cœlum ascensum  
visi-

visible Ecclesiæ Caput & Principem ,  
& eodem jure post Petri mortem tales  
fuisse, esse, & fore usque ad finem mun-  
di Petri successores Romanos Pontifi-  
ces.

54. Primum patet ex eo, quod so-  
li Petro dixit Christus Matth. 16. Tu  
es Petrus, & super hanc Petram ædificabo  
Ecclesiam meam, & portæ inferi non præ-  
valebunt adversus eam, & tibi dabo cla-  
ves Regni cœlorum ; eique soli dixit  
post resurrectionem , Joan. 21. Pasce  
agnos meos, pasce oves meas. Et quoties  
in Evangelio recensentur Apostoli ,  
Petrus ponitur primo loco. Soli Pe-  
tro facta est prima revelatio Divinita-  
tis Christi. Soli Petro à Christo pro-  
missa est stabilitas Fidei & Cathedræ.  
Petro inter Apostolos primùm appa-  
ruit Christus post resurrectionem. Pe-  
trus suâ authoritate alios congregavit  
ad eligendum , qui Judæ succederet  
in Apostolatu. Primus post Spiritū  
Sancti adventum Evangelium prædi-  
cavit Judæis. Primum miraculum idem

D 7

apud

apud Judæos fecit in Evangelii confirmationem. Primus in Concilio pro legalium cessatione sententiam dixit: Accedit consensus Patrum hunc Petri in Ecclesia Primum prædicantium, ut videre potes apud Bellarminum, & alios

55. Alterum verò probatur i. quia Christus tradens Petro authoritatem, & formam regendi Ecclesiam, traxit illam, ut perpetuò duraturam, adeoque ut transmittendam in successores. Hinc Patres semper habuere Romanos Pontifices, ut Petri in Primum Successores. Quare S. Hieronymus epist. 67. ad Damasum scribens, *Beatitudini tuae, id est, Cathedra Petri communione confocior.* S. Augustinus epist. 163. *In Romana Ecclesia semper Apostolicae Cathedrae viguit Principatus.* Et in Concilio Chalcedonensi Patres unani-  
voce clamârunt: *Petrus per Leonem locutus est.* & S. Bernardus lib. 2. de considerat. ad Eugenium: *Tu Princeps Episcoporum, Tu potestate Petrus, nec modo ovium,*

evium, sed & Pastorum omnium Tu unus Pastor. Alii in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Et in hoc sensu vocatur Pontifex Romanus universalis Episcopus, quatenus universæ Ecclesiæ curam gerit, non quatenus præter ipsum non sit alias Episcopos. Hinc demum fuit semper ab universis Orbis terrarum Ecclesiis, Fidelium, ipsorumque Episcoporum ad Romanum Pontificem recursus, ut ad supremum & universalem Pastorem.

56. His moti Patres Concilii Florentini, ex Græcis & Latinis conflati magno consensu sic definierunt P. 2. collat 22. *Definimus Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem successorem esse B. Petri, Verticis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, & totius Ecclesiæ Caput, & omnium Christianorum Patrem & Doctorem existere, & in universum Orbem tenere Primatum, ei que in B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi universalem Ecclesiam à Domino nostro*

*nostro IESU Christo plenam potestatem traditam esse.*

57. Petri autem Successores fuere hactenus, nempe usque ad hunc præsentem annum 1710. ducenti quadraginta sex, quorum hic seriem subtexam designando annum, quo ad Pontificatum electi fuere.

S. Linus	67
S. Cletus	78
S. Clemens	91
S. Anacletus	101
S. Evaristus	110
S. Alexander	119
S. Sixtus	130
S. Telesphorus	140
S. Hyginus	152
S. Pius	156
S. Anicetus	165
S. Soter	173
S. Eleutherius	177
S. Victor	192
S. Zephyrinus	201
S. Callistus	219
S. Urbanus	224
S. Pon-	

S. Pontianus	231
S. Anterus	235
S. Fabianus	236
S. Cornelius	251
S. Lucius	253
S. Stephanus	255
S. Sixtus II.	257
S. Dionysius	258
S. Felix	270
S. Eutychianus	275
S. Cajus	283
S. Marcellinus	296
S. Marcellus	304
S. Fusebius	309
S. Melchiades	311
S. Silvester	314
S. Marcus	336
S. Julius	337
S. Liberius	352
S. Felix II.	355
S. Damasus	367
S. Siricius	385
S. Anastasius	398
S. Innocentius	402
S. Zosimus	417
S. Bo-	

S. Bonifacius	418
S. Cœlestinus	425
S. Sixtus III.	432
S. Leo Magnus	440
S. Hilarius	461
S. Simplicius	467
S. Felix III.	483
S. Gelasius	492
S. Anastasius II.	496
S. Symmachus	498
S. Hormisdas	514
S. Joannes I.	523
S. Felix IV.	526
Bonifacius II.	529
S. Joannes II.	532
S. Agapetus	535
S. Silverius	536
Vigilius	537
Pelagius	555
Joannes III.	561
Benedictus	575
Pelagius II.	579
S. Gregorius Magnus	590
Sabinianus	604
Bonifacius III.	607
S. Bo-	

S. Bonifacius IV,	608
S. Deusdedit	616
Bonifacius V.	620
Honorius I.	626
Severinus	640
Joannes IV.	640
Theodorus I.	642
S. Martinus	649
S. Eugenius	654
S. Vitalianus	657
Adeodatus	672
Donus	677
S. Agatho	679
S. Leo II.	682
S. Benedictus II.	685
Joannes V,	686
Conon	687
S. Sergius	688
Joannes VI.	702
Joannes VII.	705
Sisinnius	707
Constantinus	708
S. Gregorius II.	715
S. Gregorius III.	731
S. Zacharias	741

Ste-

Stephanus II.	752
Stephan. III.	752
S. Paulus	757
Stephanus IV.	768
Hadrianus	772
Leo I. I.	795
Stephanus V.	816
S. Paschalis.	817
Eugenius II.	824
Valentinus	827
Gregorius IV.	828
Sergius II.	844
S. Leo IV.	847
Benedictus III.	855
S. Nicolaus	858
Hadrianus II.	867
Joannes VIII.	872
Marinus	882
Hadrianus IV.	884
Stephanus VI.	885
Formosus	891
Bonifacius VI.	896
<i>Baronius non numerat hunc inter Pontifices.</i>	
Stephanus VII.	896
Roma-	

Romanus	897
Th odorus II.	898
Joannes IX.	898
Benedictus IV.	900
Leo V.	904
Christophorus	904
Sergius III.	905
Anastasius III.	912
Lando	914
Joannes X.	915
Leo VI.	928
Stephanus VIII.	929
Joannes XI.	931
Leo VII.	936
Stephanus IX.	939
Marinus II.	943
Agapetus II.	946
Joannes XII.	956
Leo VIII.	963
Benedictus V.	964
Joannes XIII.	965
Benedictus VI.	972
Donus II.	964
Benedictus VII.	975
Joannes XIV.	984
	Boni-

Bonifacius VII.	985
Joannes XV.	986
Gregorius V.	997
Silvester II.	999
Joannes XVI. dict. XVIII.	1003
Joannes XVIII. dict. XIX.	1004
Sergius IV.	1009
Benedictus VIII.	1012
Joannes XX.	1024
Benedictus IX.	1033
Gregorius VII.	1045
Clemens II.	1046
Damasus II.	1048
S. Leo IX.	1049
Victor II.	1055
Stephanus X.	1057
Nicolaus II.	1059
Alexander II.	1061
S. Gregorius VII.	1073
Victor III.	1087
Urbanus II.	1088
Paschalis II.	1099
Gelasius II.	1118
Callistus II.	1123
Honorius II.	1128
	Inno-

Innocentius II.	1130
Cœlestinus II.	1143
Lucius II.	1144
Eugenius III.	1145
Anastasius IV.	1153
Adrianus IV.	1154
Alexander III.	1159
Lucius III.	1181
Urbanus III.	1185
Gregorius VIII.	1187
Clemens III.	1187
Cœlestinus III.	1191
Innocentius III.	1198
Honorius III.	1216
Gregorius IX.	1227
Cœlestinus IV.	1241
Innocentius IV.	1243
Alexander IV.	1254
Urbanus IV.	1261
Clemens IV.	1265
B. Gregorius X.	1271
Innocentius V.	1276
Hadrianus V.	1276
Joannes XXI.	1276
Nicolaus III.	1277
	Mar-

Martinus II. dictus IV. ex duobus Martinis prædecessoribus.	1281
Honorius IV.	1285
Nicolaus IV.	1288
S. Cœlestinus V.	1294
Bonifacius VIII.	1294
Benedictus X. dict. XI.	1303
Clemens V.	1305
Joannes XXII.	1316
Benedictus XI. dict. XII	1334
Clemens VI.	1342
Innocentius VI.	1352
Urbanus V.	1362
Gregorius XI.	1370
Urbanus VI.	1378
Bonifacius IX.	1389
Innocentius VII.	1404
Gregorius XII.	1406
Alexander V.	1409
Joannes XXIII.	1410
Martinus V.	1417
Eugenius IV.	1431
Nicolaus V.	1447
Callistus III.	1455
	Pius

Pius II.	1458
Paulus II.	1464
Sixtus IV.	1471
Innocentius VIII.	1484
Alexander VI.	1492
Pius III.	1503
Julius II.	1503
Leo X.	1513
Hadrianus VI.	1522
Clemens VII.	1523
Paulus III.	1534
Julius III.	1550
Marcellus II.	1555
Paulus IV.	1555
Pius IV.	1560
B. Pius V.	1566
Gregorius XIII.	1572
Sixtus V.	1585
Urbanus VII.	1590
Gregorius XIV.	1590
Innocentius IX.	1591
Clemens VIII.	1591
Leo XI.	1605
Paulus V.	1605
Gregorius XV.	1621
E	Urba-

Urbanus VIII.	1623
Innocentius X.	1644
Alexander VII.	1655
Clemens IX.	1667
Clemens X.	1669
Innocentius XI.	1676
Alexander VIII.	1689
Innocentius XII.	1691
CLEMENS XI.	1700

58. Ut autem facilius reperias eum Pontificem, cuius tempus quæris; proponam hic eos ordine alphabeticō.

## A.

Adeodatus	672
Adrianus I.	772
Adrianus II.	867
Adrianus III.	884
Adrianus IV.	1154
Adrianus V.	1276
Adrianus VI.	1521
Agapetus I.	535
Agapetus II.	946
Agatho	679
	Ale-

Alexander I.	119
Alexander II.	1061
Alexander III.	1159
Alexander IV.	1254
Alexander V.	1409
Alexander VI.	1492
Alexander VII.	1655
Alexander VIII.	1689
Anacletus	101
Anastasius I.	398
Anastasius II.	496
Anastasius III.	912
Anastasius IV.	1153
Anicetus	165
Anterus	235

## B.

Benedictus I.	575
Benedictus II.	685
Benedictus III.	855
Benedictus IV.	900
Benedictus V.	964
Benedictus VI.	972
Benedictus VII.	975
Benedictus VIII.	1012
Benedictus IX.	1033

E 2

Be.

ias  
x.  
a-  
  
le-

Benedictus X. dict. XI.	1303
Benedictus XI. dict. XII.	1334
Bonifacius I.	418
Bonifacius II.	529
Bonifacius III.	607
Bonifacius IV.	608
Bonifacius V.	620
Bonifacius VI.	896

*Baronius non numerat hunc  
inter Pontifices.*

Bonifacius VII.	985
Bonifacius VIII.	1294
Bonifacius IX.	1389

## C.

Cajus	283
Callistus I.	219
Callistus II.	1123
Callistus III.	1455
Christophorus	904
Clemens I.	91
Clemens II.	1046
Clemens III.	1187
Clemens IV.	1265
Clemens V.	1305
Clemens VI.	1342

Cle-

Clemens VII.	1523
Clemens VIII.	1591
Clemens IX.	1667
Clemens X.	1669
CLEMENS XI.	1700
Cletus	78
Cœlestinus I.	425
Cœlestinus II.	1143
Cœlestinus III.	1191
Cœlestinus IV.	1241
Cœlestinus V.	1294
Conon	687
Constantinus	708
Cornelius	251

D.

Damasus I.	367
Damasus II.	1048
Deusdedit	616
Dionysius	258
Donus I.	677
Donus II.	974

E.

Eleutherius	177
Evaristus	110
Eugenius I.	654

E 3

E 4.

Eugenius II.	824
Eugenius III.	1145
Eugenius IV.	1431
Eusebius	309
Eutychianus	275

## F.

Fabianus	236
Felix I.	270
Felix II.	355
Felix III.	483
Felix IV.	526
Formosus	891

## G.

Gelasius I,	492
Gelasius II.	1118
Gregorius I.	590
Gregorius II.	715
Gregorius III.	731
Gregorius IV.	828
Gregorius V.	997
Gregorius VI.	1045
Gregorius VII.	1073
Gregorius VIII,	1187
Gregorius IX,	1227
Gregorius X,	1271

Gre-

Gregorius XI.	1370
Gregorius XII.	1406
Gregorius XIII.	1572
Gregorius XIV.	1590
Gregorius XV.	1621

H.

Higinus	152
Hilarius	461

Kide O.

I,

Innocentius I.	402
Innocentius II.	1130
Innocentius III.	1198
Innocentius IV.	1243
Innocentius V.	1276
Innocentius VI.	1352
Innocentius VII.	1404
Innocentius VIII.	1484
Innocentius IX.	1591
Innocentius X.	1644
Innocentius XI.	1676
Innocentius XII.	1691
Joannes I.	523
Joannes II.	532
Joannes III.	561

E 4

Joan-

Joannes IV.	640
Joannes V.	686
Joannes VI.	702
Joannes VII.	705
Joannes VIII.	872
Joannes IX.	898
Joannes X.	915
Joannes XI.	931
Joannes XII.	956
Joannes XIII.	965
Joannes XIV.	984
Joannes XV.	986
Joannes XVI. dict. XVIII.	1003
Joannes XVIII. dict. XIX.	1004
Joannes XX.	1024
Joannes XXI.	1276
Joannes XXII.	1316
Joannes XXIII.	1410
Julius I.	337
Julius II.	1503
Julius III.	1550

## L.

Lando	914
Leo I.	440
Leo II.	682

Leo

Leo III.	795
Leo IV.	847
Leo V.	904
Leo VI.	928
Leo VII.	936
Leo VIII.	963
Leo IX.	1049
Leo X.	1513
Leo XI.	1605
Liberius	352
Linus	67
Lucius I.	253
Lucius II.	1144
Lucius III.	1181

M.

Marcellinus	296
Marcellus I.	304
Marcellus II.	1555
Marcus	336
Martinus I.	649
Martinus II.	882
Martinus III.	943
Martinus IV.	1281
Martinus V.	1417
Melchiades	311

E s

N. Ni-

## N.

Nicolaus I.	858
Nicolaus II.	1059
Nicolaus III.	1277
Nicolaus IV.	1288
Nicolaus V.	1447

## O.

Ormisdas	514
Onorius I.	626
Onorius II.	1128
Onorius III.	1216
Onorius IV.	1285

## P.

Paschalis I.	817
Paschalis II.	1099
Paulus I.	757
Paulus II.	1464
Paulus III.	1534
Paulus IV.	1555
Paulus V.	1605
Pelagius I.	555
Pelagius II.	579
S. PETRUS	45
ius I.	156
Pius II.	1458
	Pius

Pius III.	1503
Pius IV.	1560
Pius V.	1566
Pontianus	231
	R.
Romanus	897
	S.
Sabinianus	604
Sergius I.	688
Sergius II.	844
Sergius III.	905
Sergius IV.	1009
Severinus	640
Silvester I.	314
Silvester II.	999
Silverius	536
Symmachus	498
Simplicius	467
Siricius	385
Sisinnius	707
Sixtus I.	130
Sixtus II.	257
Sixtus III.	432
Sixtus IV.	1471
Sixtus V.	1585

108 *Tyrcinii Theologici*

Soter	173
Stephanus I.	255
Stephanus II.	752
Stephanus III.	752
Stephanus IV.	768
Stephanus V.	816
Stephanus VI.	885
Stephanus VII.	896
Stephanus VIII.	929
Stephanus IX.	939
Stephanus X.	1057

T.

Telesphorus	140
Theodorus I.	642
Theodorus II.	898

V.

Valentinus	827
Vigilius	537
Vitalianus	657
Victor I.	192
Victor II.	1055
Victor III.	1087
Urbanus I.	224
Urbanus II.	1088
Urbanus III.	1185

Ur-

Urbanus IV.	1261
Urbanus V.	1362
Urbanus VI.	1378
Urbanus VII.	1590
Urbanus VIII.	1623

Z.

Zacharias	741
Zephyrinus	201
Zosimus	417

## 59. Ex his Palæstini fuere 2.

Græci 11.
Itali 68.
Romani 102.
Germani 4.
Galli 15.
Anglus 1.
Hollandus 1.
Provincialis 1.
Hispani 3.
Africanī 2

Benedictini 31.

Eremitæ 2.

Dominicani 3.

Franciscani 4.

E 7

60. Ex

60. Ex eo autem, quod Pontifex Romanus sit verus Petri successor, Ecclesiæ caput, & Pastor supremus; sequitur 1. quod ipse sit supra concilium: Patres enim in unum congregati non desinunt esse oves, quarum cura Petro committitur: cui soli dictum fuit: *Pasce oves meas, confirma fratres tuos.* Quare jure optimo concilium Lateranense ultimum less: 2. abrogatis Concilii Basileensis decretis contra Pontificis autoritatem factis, subdit. Solum Romanum Pontificem pro tempore existentem tanquam auctoritatem super omnia Concilia habentem, Conciliorum indicendorum, transferendorum ac dissolvendorum plenum jus, ac potestatem habere, nedum è Sacra Scriptura testimonio, dictis Sanctorum Patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum etiam Praedecessorum nostrorum. sacrorumque Canonum decretis, sed propria etiam eorundem Conciliorum confessione manifestè constat.

61. Sequitur 2. quod Pontificis definitiones sint infallibles absque assensu

su Concilii , nam cum Christus Pe-  
trum , & in eo ipsius successores fe-  
cerit Ecclesiæ Pastores , eisque dede-  
rit claves scientiæ , & potestatis ,  
sine fundamento afferitur , non esse  
illis datam potestatem absolutam do-  
cendi , sed conditionatam , & penden-  
tem ab assensu Concilii , Ecclesiæque  
sibi subditæ ; ut sine fundamento dice-  
retur , non tradi absolutam potesta-  
tem docendi ei , qui in Universitate ali-  
qua legitima , & approbata fit Doctor ,  
& Cathedram actu accipit , & discipu-  
los quos erudiat ; nec tradi absolutam  
potestatem condendi leges ei , cui ritè  
& legitimè confertur regia potestas  
per verba , & signa non denotantia ul-  
lam limitationem seu conditionem .  
Et confirmatur authoritate Conci-  
liorum , quæ hanc in Pontifice Roma-  
no infallibilitatem agnoverunt . Con-  
cilium siquidem Chalcedonense lectâ  
S. Leonis Papæ epistolâ , quâ Eutyches  
damnabatur , acclamavit , *Anathema  
ei , qui ita non credit : Petrus per Leonem lo-*

*cessus*

cutus est, eique tanquam certissimæ Fidei regulæ subscripsit actione 4. Idem fuit Concilii Constantinopolitani 2. sensus erga Pontificem Agapetum in causa Anthymi, & Concilii Oecumenici 6. erga Agathonem, de cuius litteris tota Synodus ait. *Quas ut à summo Apostolorum vertice divinitus conscriptas agnoscimus.* Demùm pleræque hæreses hoc modo damnatae sunt, nempe per solam Romani Pontificis sententiam, quæ videlicet emerserunt à tempore Apostolorum usque ad Concilium Nicænum I. nempe Marcionis, Montani, Novatiani, aliorūmque: nullum enim eq tempore intermedio fuit Concilium generale celebratum. Sic aliæ multæ postea damnatae fuere, ut Pelagianismus, Semipelagianismus, Priscillianismus, &c.

62. Sequitur 3. quòd, cùm Summo Pontifici sit commissa cura Gregis, & hæc haberi non possit, nisi Gregi ostendatur, quæ sint bona pascua, quæ mala, qui lupi sint, quamvis esse non

non videantur , & alia hujusmodi ;  
jam ad Pontificem pertinet , multa  
definire , quæ à nonnullis invidiosè ad  
quæstionem facti pertinere dicuntur ,  
licet re ipsa ad quæstionem juris per-  
tineant ut e. g. quod hæc sit vera Tra-  
ditio Divina , hæc editio Scripturæ  
Sacræ sit conformis ei quam Spiritus  
Sanctus dictavit ; quod hic sit ejus ve-  
rus sensus ; quod hæc Patrum scripta  
contineant sanam doctrinam ; ea ve-  
rò Novatorum , e. g. Lutheri , Cal-  
vini contineant doctrinam pravam ,  
hæreticam , quodque proinde ipsi una  
cum sua doctrina spectati , habendi  
sint hæretici , quemadmodum plura  
re ipsa Concilia anathema dixerunt  
non solum errori e. g. Arrii , Nestorii  
&c. sed etiam Arrio ipsi , Nestorio &c.  
Refert enim Socrates c. 10. l. 1. Hist.  
Eccl. quod , cùm in Synodo Nicæna  
aliqui Episcopi subscriberent quidem  
damnationi hæresis Arrianæ , sed Arrio ,  
ejusque doctrinæ anathema dicere de-  
trectarent , Quod minimè crederent , eum ,  
qui

qui erat accusatus, hominem ejus generis  
fuisse, qui tot errores doceret, id satis fuit,  
ut Synodus illos pro Hæreticis habe-  
ret, & exilio mulctaret. Similitèr  
cum in Chalcedonensi Concilio act. 8.  
Theodoretus anathema Nestorio di-  
cere recusaret, Patres clamârunt; *iste  
hæreticus est, iste Nestorianus est: hære-  
ticum foras mittite.* Neque porrò il-  
lum pro Catholico habere voluêre;  
nisi diceret apertè anathema Nesto-  
rio.

63. Quia verò non potest quis ob-  
ligari ad dicendum anathema aliqui  
ut hæretico, nisi obligetur ad inter-  
num judicium, quo judicet illum esse  
talem, seu ejus scripta verè hæretica  
esse, sequitur 4. quod Ecclesia, &  
Pontifex obligare etiam possit ad ejus-  
modi actum internum; ac proinde te-  
neri fideles in hujusmodi decisionibus  
non solùm præstare silentiū obsequio-  
sum, sed animo verè assentiri, quòd  
nempe scripta illa hæresim contineant,  
adeoque quòd eorum auctor specta-  
tâ

tâ ejus doctrinâ , hæreticus sit. Atque hæc scilicet sunt, quæ à Theologis appellantur non facta simpliciter sed facta dogmatica, quæ videlicet ad fidei doctrinam pertinent.

64. Hic adverte i. quòd non, quidquid Ecclesia , aut Pontifex damnat circa doctrinam, eodem modo damnat. Nam aliquando damnat aliquam propositionem ut *hereticam*, nempe ut oppositam formaliter , & directè doctrinæ Fidei, seu doctrinæ ab Ecclesia definitæ. Aliquando damnat aliquam propositionem , ut *erroneam* , nempe ut contrariam communi Patrum doctrinæ, licet non expressè revelatae , aut per Ecclesiam definitæ. Aliquando ut *errori proximam* , nempe ferè contrariam communi Patrum sententiæ. Aliquando ut *suspiciābilem heresim* , vel *erroris* , vel ut *sapientem heresim* vel *errorem* , ex circumstantiis scilicet personæ , loci , vel temporis, quibus prolatæ fuit. Aliquando ut *malē sonantem* , quæ videlicet, et si sensum non

non habeat Fidei dissonum , at verba  
habet incongrua. Aliquando ut *temerariam*, seu sine fundamento dictam.  
Aliquando demum ut *scandalosam*, quæ  
videlicet dat aliis occasionem ruinæ  
spiritualis.

65. Adverte 2. quod non quicquid  
Pontifex approbat , approbat ut Di-  
vinâ fide credendum. Constat enim  
Summam Theologicam Alexandri A-  
lensis , jussu Alexandri IV. à Facultate  
Parisiensi examinatam esse , appensis-  
que septuaginta duorum Magistro-  
rum sigillis approbatam fuisse , ac po-  
stea Pontificio ipso diplomate confir-  
matam. Similiter Theologiam S.  
Thomæ à variis Pontificibus , summis  
laudibus approbatam & celebratam  
fuisse , & præsertim à Joanne XXII.  
Innocentio VI. Clemente VIII. &  
Alexandro VII. quorum primus dixit,  
D. Thomam tot miracula fecisse , quot  
articulos scripsit. Secundus : nunquam  
inventum esse , quod à tramite veritatis  
deviaverit , qui D. Thomam tenuit ; eum  
vero,

verò , qui eum impugnavit , semper fuisse  
de veritate suspectum ; Tertius in Bulla  
ad Nobiles Neapolitanos, teste Basilio  
Pontio , Doctrinam S. Thomæ sine ullo  
prorsus errore esse. Quartus , Asserta S.  
Thomæ esse dogmata inconcussa. Appro-  
batam , & laudatam similiter fuisse à  
Clemente IV. Gregorio X. Sixto IV. &  
Sixto V. S. Bonaventuræ doctrinam.  
Nec tamen contra Fidem Divinam  
peccat , qui in aliquo ab horum Do-  
ctorum sententia discedit.

66. *Disc.* Quid ergo declaravit  
Pontifex in his & similibus approba-  
tionibus ?

*Mag.* Declaravit eos libros appro-  
batos nihil continere contrarium illis,  
quæ usque ad illud tempus Ecclesia de-  
finierat , nihil bonis moribus contra-  
rium , imò continere doctrinam Fi-  
dei dogmatibus explicandis , & pro-  
movendæ pietati peropportunam.

67. Adverte 3. non semper Pon-  
tificem dum aliquid docet , ex Cathe-  
dra definire , seu docere , ut Ecclesiæ  
docto-

Doctorem, & Pastorem; sed aliquando docere præcisè ut doctorem privatum. Sunt enim aliqui Pontifices qui scripta sua vel Theologica, vel Canonica edidere, ut Innocentius IV. aliique, nec tamen quæ continentur in illis, Pontificiæ definitionis vim habent.

68. *Disc.* Quando censendus est Pontifex loqui ex cathedra, ac definire tanquam Ecclesiæ Pastor, & caput?

*Mag.* Respondet huic quæstioni Valentia 2. 2. qu. 1. punct 7. §. 39. dicens: *Tunc verò definit Summus Pontifex ut Ecclesiæ caput, quando decretum edit pro universa Ecclesia, quodque velit à Fidelibus indubitanter admitti.* Idem docet Granado 2.2. controv. 1. tract. 7. disp. 2. sect. 1. n. 1. Similiter Suarez contra Regem Angliæ lib. 1. cap 3. n. 16. docet, tunc Pontificem definire ut caput Ecclesiæ cum definit, vel approbat tanquam credendum vel observandum ab universa Ecclesia. Vide Melch. Can.

Canum lib. 6. de locis Theolog. cap.  
8. in respons. ad ultimum argum.

69. Quamvis autem Pontifices aliquando responsa sua vel constitutio-nes dirigant ad particularem Eccle-siam, cum tamen aliquid docent & sta-tuunt, quod omnes generaliter affi-cit, & ut ab omnibus certò tenendum vel servandum, jam responsum & constitutio vim certæ definitiois ha-bere videtur. Hinc semper Ecclesia hujusmodi responsa, seu constitutio-nes ut Fidei morumque regulas vene-rata est.

70. *Disc.* Quandoquidem de hujus-modi Pontificum epistolis, Responsis seu constitutionibus sermo incidit, cupio perdiscere, an Canones, qui di-cuntur Apostolorum, & à S. Clemen-te fuere collecti, sint verè Apostolici, vel ipsius S. Clementis, aut alterius Pontificis?

*Mag.* Fuere quidem hi 85. Canones sub initium sexti saeculi ab Ecclesia Græca recepti, ut verè Apostolici, & fal-

faltem sc. priores cœperunt eodem tempore recipi à multis in Ecclesia Latina: adhuc tamen hodie ab eruditis ferè omnibus habentur omnes ut sūposititii, nec verè collecti à D. Clemente; quamvis multa utilia contineant.

1. quia Gelasius Papa in concilio Rom. 70. Episcoporum eos recenset inter libros ab Ecclesia rejectos, & non probatos.

2. quia nullus priorum sæculorum Scriptorum eorum meminit, etiam cùm debuit maximè meminisse; cùm nempe ageretur de controversia per hos Canones definita. e. g. Cyprianus in controversia Baptismatis non meminit unquam canonis 46. exprelsè dicentis, *Episcopum, aut Presbyterum hæreticorum suscipientem Baptisma damnari præcipimus.* Nec Victor Papa in ea tam celebri controversia cum Asiaticis Episcopis de Paschate celebrando, allegavit unquam canonem 7. qui vetat Pascha cum Judæis celebrare, qui sanè Canones allegari maximè debuissent.

3. quia S. Isidorus Hispa-

Hispalensis expressè afferit, hos Canones nec à Sede Apostolica recipi, nec à SS. Patribus, & esse ab Hæreticis confictos.

Nec obstat, quod Patres, & Concilia aliquando aliquam constitutio nem, seu Regulam appellant Apostolicam: non enim negamus, ab Apostolis verè conditos fuisse aliquos Canones, sed negamus hujusmodi esse prædictos, ac dicimus, certum esse, quòd aliqui non sunt; de aliis incertum, ac proinde prædictam collectionem istorum Canonum, imò & 50. priorum apocrypham esse, nec solum non habere auctoritatem juris Apostolici, sed neque Pontificiam, nempe conditi à Pontificibus Romanis, quorum etiam Constitutiones vocantur quandoque Apostolicæ, ut illæ appellantur, quæ octo libris sub ejusdem D. Clementis nomine sunt collectæ.

7. *Disc.* At has ego putaveram esse ipsorum Apostolorum.

F

Mag.

*Mag.* Quia videlicet non legisti omnés. Igitur Apostolorum non sunt 1. quia continent nonnullos errores, ut hæreticos esse illos , qui suspicantur , JEsum esse DEum super omnia; Baptismum ab Hæreticis collatum iterari debere ; Sabbathum eadem solemnitate , quâ diem Dominicam celebrari; Patrem esse Dominum Spiritus Sancti. 2. quia dies festos ipsis Apostolis statuunt. 3. quia non videntur notæ fuisse priorum Ecclesiæ sacerdorum Patribus : si enim notæ fuissent, non dixisset Irenæus in suo cum Triphone dialogo, Sabbathi celebrationem esse Christi passione extinctam : & Cyprianus eas contra Stephanum Papam allegasset. Ex hoc autem primo & tertio argumento habetur , nec esse illas Clementis Pontificis factum. Adde quod neque S. Epiphanius, neque S Hieronymus eas Clementi tribuunt , quamvis uterque scripta hujus S. Pontificis recenseat omnia,

72. *Disc.*

72. *Disc.* Quod tandem est eruditorum judicium, de veterum Pontificum usque ad Siricum decretalibus, audivi enim eas non satis certæ authoritatis esse.

*Mag.* Non sunt quidem authoritatis certissimæ, non tamen tam incertæ, quæ sunt prædicti Canones & Constitutiones. Referam diversas eruditorum opiniones. Suppositicias esse putant aliqui has antiquorum Pontificum epistolas decretales 1. quod nullus octo priorum sæculorum auctor Ecclesiasticus illarum mentionem fecerit. 2. quod in his laudatur sæpè Scriptura sacra juxta vulgatam Sancti Hieronymi versionem. 3. quod in his nullus Hæreticus eorum temporum impugnatur, aut nominatur. 4. quod Dionysius Exiguus veterum Pontificum epistolarum collector accuratus suæ collectionis initium dicit à Siricii decretalibus, nullâ earum, quæ Siricum prædecessere, mentione fa-

Etā. s. quod videantur continere  
dicta posteriorum Pontificum , seu  
Conciliorum , Patriūmque.

Alii econtra genuinas eas habent.  
1. quòd ut tales eas agnovēre varia  
Concilia , nempe Aquisgranense sub  
Greg. IV. habitum, Coloniense cap. 3.  
Moguntinum c. 11. Metense c. 5. Rhe-  
mense contra Arnulphū, & his omni-  
bus antiquius Romanum 70. Episco-  
por. sub Gelasio an. 494. 2. quod eas ut  
genuinas admittant Canonum col-  
lectores eruditī Anselmus Lucensis,  
Burchardus, Ivo, Gratianus, & rur-  
sùs etiam Theologi communiter  
cum D. Thoma, qui his epistolis uti-  
tur ad confirmanda Fidei dogmata.  
3. quod Leo Magnus ep. 1. ad uni-  
versos Episcopos mandat custodiri  
omnia suorum Prædecessorum *decre-  
talia constituta*, quod idem mandat  
Nicolaus I. ep. 47. scribens ad Epis-  
copos Galliar̄; qui si supposititia e-  
esse putassent, id sine dubio Nicolao  
à quo urgebantur, respondissent  
quod

quod tamen non fecere; immo ea uterque Hincmarus Rhemensis, & Laudunensis laudat. Haec sane evincunt non esse tam facilè has epistolas reiciendas, ut aliqui faciunt, immo esse veneratione dignas, & ex his benè confici argumentum Theologicum valde probabile, ut ii ipsi fatentur, quibus non satis certus est earum auctor.

*Disc.* Sed quid de decretis congregationum Cardinalium editis in materia Fidei, aut morum jubente ipso summo Pontifice? Petetne ex illis Theologus certum argumentum? Atque hic locus est, in quo de Cardinalium origine, munere, & auctoritate strictim, & quantum satis sit, me doceas.

73. *Mag.* De horum origine varii varia opinantur. Eos cospisse volunt aliqui à S. Gregorio, alii à S. Silvestro, à S. Marcello alii, nonnulli à S. Pontiano. Eugenius IV. in epistola ad Cantuariensem Archiepiscop. dicit, Cardinalium nomen non

fuisse quidem primis nascētis Ecclesiæ temporibus expressum , munus tamen , & officium à S. Petro Apostolo , & successoribus ejus evidenter institutum. Et quidem quod attinet ad nomen , certum est quod nullibi reperitur Cardinalium mentio facta ante Concilium Romæ sub Sylvestro habitum anno 324. in quo can. 7. præcipitur , ut *Diaconi non sint plures per Parochiarum examen , nisi duo , & Cardinales Urbis Romæ septem.* Primi Cardinales videntur fuisse soli Diaconi , siisque procuratores pauperum , pupillorum & viduarum suæ regionis , dicti proinde Regionarii. Postea crescente numero Fidelium & Presbyterorum primus Parochiæ seu tituli Presbyter , qui cæteris sui tituli Presbyteris præcesset , dictus fuit Presbyter Cardinalis. Tandem non sub Honorio II. ut opinantur aliqui , sed circa , vel paulò ante Petri Damiani Cardinalis , & Ostiensis Episcopi tempora , nempe circa an. 1057. addi-

additi fuere Episcopi Cardinales, cum videlicet fuere designati septem Urbis Romæ viciniores Episcopi, qui assisterent summo Pontifici, eumque in curis & laboribus studio, & consilio sublevarent.

74. Numerus autem sic electorum varius fuit pro varietate temporum. Sub Bonifacio VIII. fuere Cardinales soli 20. Eo tempore, quo Avenione sedebant summi Pontifices, fuere 30. Ne plures quam 34. in posterum forent statuerunt Constantiensis Concilii Patres sess. 40. Sub Leone tamen X. qui una sola Cardinalium promotione creavit 31. visi simul fuere Cardinales 65. sub Paulo IV. numerati fuere 70. & sub Pio IV. 76. Tandem Sixtus V. speciali constitutione decrevit, ne plures paucioresque forent in posterum Cardinales quam 70. ut 70. fuere seniores de populo Israëlitico Moysi Collaterales, & Assistentes, de quibus Num. cap. II. ver. 16. ita Moysi Deus. Con-

grega mihi 70. viros de senibus Israël,  
quos tu nosti, quod seneſ populi ſint, ac  
Magistri, & duces eos ad oſtium taberna-  
culi fœderis, faciesque ibi ſtare tecum, ut  
deſcendam, & loquar tibi, & auferam  
de ſpiritu tuo, tradāmque eis, ut ſuffen-  
tent tecum onus populi, & non tu ſolus  
graveris.

Is numerū modò perfeverat. Sunt  
autem ex Diaconorum ordine 14. ex  
ordine Presbyterorum 50. & ex Epi-  
ſcoporum ordine ſex, videlicet anti-  
qui viciniores Romanæ Urbis Epif-  
copi, Oſtiensis, Veliternus, Portu-  
ensis, Tufculanensis, Sabinensis,  
Frænēſtinensis, & Albānensis. Sed in-  
ter eos non computatur ſeorsim Ve-  
liternus Epifopus, ex quo Eugenius  
III. Oſtiensi Veliternum univit Epi-  
ſcopatum.

Ex his conficiuntur variæ Congre-  
gationes, pro varietate controverſia-  
rum, quæ ad Pontificem deferuntur,  
ut in his momenta rationum expen-  
dantur, antequam vel ab iphis Con-  
gre-

gregationibus, vel à Romano Pontifice sententia feratur. Sunt autem septem præcipue.

75. 1. Sancti Officii, seu sacræ & universalis inquisitionis rebus Fidei prospiciendis occupata, à Paulo III. erecta, & à Paulo IV. confirmata.

2. Propagandæ Fidei, Missionibus vel instituendis, vel conservandis, vel dirigendis in regionibus infidelium, cæterisque, quæ Fidei propagacionem juvare possint, intenta, à Gregorio XV. instituta.

3. Concilii, ad quam referuntur dubia, & quæstiones circa decreta Concilii Tridentini pertinentia ad disciplinam.

4. Episcoporum & Regularium; causis videlicet Episcoporum & Regularium decidendis occupata.

5. SS. Rituum, cui cura sacrarum Ecclesiæ cæremoniarum & consuetudinum. Ad hanc quoque pertinet expendere merita eorum, qui propo-

F 5      nun-

nuntur, ut inter Beatos, vel Sanctos referantur.

6. Indicis librorum prohibitorum, quæ suspendit, vel prohibet, vel corrigit libros hac notâ dignos.

7. Immunitatis Ecclesiasticæ, controversias scilicet hac super re occurrentes dirimens, aut ad Pontificem referens, ab Urbano VIII. instituta.

76. Omitto alias, quæ minus faciunt ad rem præsentem, eisque, quæ pro temporum necessitate instituuntur, & perpetuæ non sunt. Ut autem respondeam quæstioni, quam proposuisti, dico, harum Congregationum decretis esse omnino parentum, &, si prodeant de mandato & nomine Summi Pontificis, qui est Caput prædictarum Congregacionum, habere inviolabilem autoritatem, ut probat Joannes Cardenas ea dissert. I. suæ Crisis num. 99. & sequ. quem consulere potes. Satis enim pro instituto nostro actum est de Pontificum definitionibus, decretisque.

Quin-